

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**Davidis Ruhnkenii Opuscula Varii Argumenti, Oratoria,  
Historica, Critica**

**Ruhnken, David**

**Lugduni Batavorum, 1823**

Epistola ad Joannem Schweighaeuserum

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

<urn:nbn:de:hbz:468-1-1677>

EPISTOLA  
AD VIRUM DOCTISSIMUM  
JOANNEM SCHWEIGHAEUSERUM.

EX EJUS EDITIONE POLYBII T. V.  
PRAEF. P. XVI, SQ.

**R**ecte suspicatus es, Emendationes, per Wyttensbachium ad Te missas, non esse a Scaligero profecetas. Ego, hac dubitatione injecta, libri scripturam cum manu Scaligeri, quae in multis Bibliothecae nostrae libris est, accuratius comparaui, non parum discriminis vidi: sed, cuius manus sit, ignoro; certe non est Isaaci Vossii, qui librum olim possedit. Vere autem ipsius Scaligeri Emendationes, ab Abrahamo Gronovio laudatae, quo pervenerint, tandem indagavi. In Catalogo Bibliothecae Abr. Gronovii p. 18. haec leguntur: *Polybius graece et latine. Basileae 1549. cum Annot. MSS. Legatum Josephi Scaligeri.* Quod exemplum ex Biblioteca Heinsiana ad Gronovios transiisse, intelligitur ex Catalogo Bibliothecae Heinsianae p. 284. *Polybius Gr. et Lat. Basili. 1549. Olim Josephi Scaligeri, cuius Nois MSS. in margine passim refertus est.* Deinde Danielis Heissii, qui et sua manu varia addidit. Jam cum ex Bibliopola, qui Gronovianam Bibliothecam vendidit, quaererem, quis illum Polybium emisset, mihi indi-

904 EPISTOLA AD SCHWEIGHAUSERUM.

cavit Virum Clarissimum, Carolum Segar, Graecæ Linguae Professorem in Academia Trajectina. Quem si literis compellaveris, vix dubito quin tibi copiam libri facturus sit.

— Ao. 1792.

---

E P I S T O L A

AD VIRUM AMPLISSIMUM

B. P. VAN WESELE SCHOLTEN.

---

VIRO AMPLISSIONO, EIDEMQUE  
ERUDITISSIMO,

B. P. VAN WESELE SCHOLTEN

S. P. D.

DAVID RUHNKENIUS.

**P**ergratum mihi accidit, quod ex literis tuis, pari et humanitate et elegantia scriptis, intellexi, gymnasii Delphensis curam potissimum ad te pertinere. Facile enim video, quantum praesidii discipulis meis in Te, tantae tam praestantis doctrinae viro, sit futurum. Quo magis doleo, nunc neminem unum, qui ad illud munus vocari possit, apud nos reperiri. Nam alii nondum ad maturitatem pervenerunt, alii, diutius in hoc curriculo versati, evolare altius cupiunt, nec fa-

ci-